



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLVI. Relatum quod.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

nec pontaticum, & sicut dixi nullus
quælibet telonea, nec venditas eius,
in nullo exactare non præsumatis;
sed vt diximus, in quoscumq; por-
tus ciuitatis, seu mercada nullo con-
tradicante suus venditor, vel com-
mercium quodlibet negotium pote-
statem habeat vendendi, quia nos
taliter ei habemus concessum. In
reliquo vero de parte nostra, vel ve-
stra, ex nostra indulgentia visi fui-
mus concessisse, atque indulgisse,
seu & in omnibus confirmasse. Et
vt hæc præceptio nostra firmior ap-
pareat, & per tempora conseruetur
manu propria subtus eam decreui-
mus adfirmare.

XLVI. RELATVM QVOD
dicitur apennis.

MOs nobilium Romanorum
adsuevit, & ratio iuris depo-
scit, vt si cuiuscumque domus igne

crementur, is per seriem scripturarum chartulam relationis quæ dicitur apennis recipiat. Quamobrem cum quadam die inluster ille Comes, ad multorum causas audiendum, vel recta iudicia terminandum, vna cum pluribus personis residerent: Ibiue veniens homo aliquis nomine ille suggestit & intulit, eo quod ante hos dies, casu faciente, casa sua, cum omni mobili, vel intra domum compendio, seu & instrumentis chartarum, ibidem igne cremata essent. Et quia ille iudex vel vicini pagenses ipsius ad præsens ita dixerunt, & testimoniauerunt, quod ad hoc videndum accesserant, sic vero & actum aderat: Sic supradictus ille Comes vel reliqui Franci, chartulam relationis quæ dicitur ei dare decreuerunt, vt quicquid ex cessione parentum, aut ex contractu habebat, tam per venditiones, dona-

donationes, cessiones, iudicia, obnoxiationes, commutationes, seu quod per ceteras scripturas ad eum peruenit, deinceps permaneat in suo iure & dominatione absque re-fragatione.

XLVI. HEREDITARIA.

DUlcissimæ filiaæ meæ illi, ille. Dum non est incognitum, sed per populum deuulgatum, & patefactū, quod ego in ancilla mea nomine illa te generavi, & postea ante domnum illum Regem, iactante denario, secundum legem Salicam te ingenuam dimisi, & tu minime in hereditate mea sociari poteras. Propterea ego hanc chartulam hereditariam in te fieri, & adfirmare rogavi, ut si Dominus iusserit, quod mihi in hoc sæculo superstes appareas, de omnibus reb. meis, tā quod ex alore paretum, quam ex

S